



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CVII. De comparatione legis nouæ ad veterem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

gratiam, qua amittitur per peccatum, & ideo nō est
similis ratio de utriusque.

ARTICVLVS IIII.

Primum lex noua sit duratura usque ad finem mundi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q lex
noua non sit duratura usque ad finem mun-
di. Quia ut Apost. dicit 1. ad Cor. 13. Cum uene-
rit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte
est; sed lex noua ex parte est. dicit. n. Apostolus ibidē:
Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. ergo
lex noua euacuanda est, alio perfectiori statu suc-
cedente.

¶ 2 Præ. Dominus Io. 16. promisit discipulis suis in
aduentu Spiritus sancti paracliti cognitionē omnis
ueritatis: sed nondum Ecclesia omnem ueritatem
cognoscit in statu noui testamenti. ergo expectandus
est alius status, in quo p Spiritum sanctū omnis ueri-
tas manifestetur.

¶ 3 Præ. Sicut pater est alius a filio, & filius a patre,
ita Spiritus sanctus a parte & filio: sed fuit quidam sta-
tus conueniens personæ patris. s. status ueteris legis,
in quo homines generationi intendebant: similiter
est est alius status conueniens personæ filii. s. status no-
uæ legis, in quo clerici intendentes sapientiæ, q̄ ap-
pripriari Filio, principantur. ergo erit status tertius Spi-
ritus sancti, in quo spirituales uiri principabuntur.

¶ 4 Præ. Dñs dicit Mat. 24. Prædicabitur hoc Euan-
gelium regni in uniuerso orbe, & tunc ueniet consum-
matio: sed Euāgelium Christi iam diu est p̄dicatum in
uniuerso orbe, nec tñ adhuc uenit cōsummatio. ergo
Euāgelium Christi nō est Euāgelium regni, sed fu-
turū est aliud Euāgelium Spiritus sancti, quasi alia lex.

SED CONTRA est, qd Dominus dicit Mat. 24. Di-
co uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec
omnia fiant, quod * Chryl. exponit de generatione
fidelium Christi. ergo status fidelium Christi mane-
bit usque ad consummationem sæculi.

RESPON. Dicendum, q status mundi uariari pōt
dupliciter. Vno modo, secundum diuersitatem legis
& sic huic statui nouæ legis nullus alius status suc-
cedet. Successit enim status nouæ legis statui uete-
ris legis tanquam perfectior imperfectiori, nullus
autem status præsentis uitæ potest esse perfectior,
quam status nouæ legis. Nihil enim pōt esse propin-
quius fini ultimo, quam quod immediate in. finem
ultimum introducit, hoc autem facit noua lex. unde
Apost. dicit ad Hebr. 10. Habentes itaque, fratres, fidu-
ciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quā
initiauit nobis uiam nouam, accedamus ad eū. Vñ
non pōt esse aliquis perfectior status p̄sentis uitæ, q̄
status nouæ legis, quia tanto est unumquodque per-
fectius, quanto est ultimo fini ppinquius. Alio mō
status hominum uariari potest, ppinquius. Alio mō
status diuersimode se habent ad eandem legem uel
perfectius, uel minus perfecte: & sic status ueteris le-
gis frequenter fuit mutatus, cum qñque leges opti-
me custodirentur, quandoq̄ autem omnino præter-
mitterentur. Sic etiam & status nouæ legis diuersifi-
catur secundum diuersa loca, & tpa, & personas, in-
quantum gratia Spiritus sancti perfectius, uel minus
perfecte ab aliquib. hētur. Non est tamen expectan-
dum, q sit aliquis status futurus, in quo p̄fectius gra-
tia Spiritus sancti habeatur, q̄ hæctenus habita fuerit,
& maxime ab Apostolis qui primitias Spiritus acce-
perunt, id est, & tempore prius, & ceteris abundantius
ut Glo. dicit Rom. 8.

AD PRIMUM ergo dicendum, q sicut * Dion. dicit
in eccl. Hierar. triplex est hominum status. Primus
quidem ueteris legis. Secundus nouæ legis. Tertius
status succedit non in hac uita, sed in futura, s. in pa-
tria. Sed sicut primus status est figuralis, & imperfe-
ctus respectu status Euāgelii: ita hic status est figura-
lis, & imperfectus respectu status patrie, quo uenien-
te, iste status euacuatur, sicut dicitur 1. ad Cor. 13. Vi-
demus nunc per speculum in enigmate, tunc autē
facie ad faciem.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut * Aug. di-
cit in lib. contra Faustum, Montanus & Priscilla po-
suerunt, quod promissio Domini de Spiritu sancto
dando non fuit completa in Apostolis, sed in eis. Et
similiter Manichei posuerunt, q fuit completa in
Manichæo, quem dicebant esse Spiritū paraclitum:
& iō utriq; non recipiebant actus Apostolorum, in
quibus manifeste ostenditur, q illa promissio fuit
in Apostolis completa, sicut Dominus iteratō eis
promisit, Act. 1. Baptizabimini in Spiritu sancto non
post multos hos dies; quod impletum legitur Act.
2. Sed istæ uarietates excluduntur per hoc, quod dī
Io. 7. Nondum erat Spiritus datus; quia nondum Ie-
sus erat glorificatus. Ex quo datur intelligi, q statim
glorificato Christo in resurrectione, & ascensione
fuit Spiritus sanctus datus. Et per hoc etiam excludit-
ur quorumcunque uanitas, qui dicerent esse expec-
tandum aliud tempus, s. Spiritus sancti. Docuit autē
Spiritus sanctus Apostolos omnē ueritatem de his,
quæ pertinent ad necessitatem salutis, scilicet, de cre-
dendis, & de agendis, non tamen docuit eos de om-
nibus futuris euentibus; hoc. n. ad eos nō pertinebat,
s. m illud Act. 1. Non est uestrum nosse tempora, uel
momenta, quæ Pater posuit in potestate sua.

AD TERTIVM dicendum, quod lex uetus non
solum fuit Patris, sed etiam Filii, quia Christus in ue-
teri lege figurabatur. Vnde Dominus dicit Ioan. 5.
Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi; de
me enim ille scripsit. Similiter etiam lex noua nō so-
lum est Christi, sed etiam Spiritus sancti, secundum
illud, Rom. octauo. Lex spiritus uitæ in Christo Ie-
su &c. unde non est expectanda alia lex quæ sit Spi-
ritus sancti.

AD QVARTVM dicendum, q cum Christus statim
in principio Euāgelicæ prædicationis dixerit. Ap-
propinquauit regnum celorum, stultissimum est
dicere, quod Euāgelium Christi non sit Euan-
gelium regni. Sed prædicatio Euāgelii Christi po-
test intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad diuul-
gationem notitiæ Christi: & sic prædicatum fuit
Euāgelium in uniuerso orbe, etiam tempore Apo-
stolorum, ut Chryl. dicit. Et secundum hoc qd addi-
tur. Et tunc erit consummatio: intelligitur hoc de
destructione Hierusalem, de qua tunc ad literam lo-
quebatur. Alio modo pōt intelligi prædicatio Euan-
gelii in uniuerso orbe cum pleno effectu ita. s. q in
qualibet gente fundetur ecclesia, & ita, sicut dicit *
Aug. in epistola ad Eufich. nondum est prædicatum
Euāgelium in uniuerso orbe, sed hoc factō ueniet
consummatio mundi.

QVAESTIO CVII.

*De comparatione legis nouæ ad uete-
rem, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum
est de cōparatione legis
nouæ ad legem ueterē.
Prima Secundæ S. Thomæ.

*Super quæst. censu-
mam septimam & oct-
uagesimam octauam.*

IN q. 107. & 108. ni-
hil scribendum oc-
currit, nisi ut mandes
eas memoriæ, ut intel-
ligas Euāgelii legē,
& reddere iustias ratio-
nē Christianæ legis.
HH Et.

Cap. 5. eccl-
Hier. par. 1.

li. 9. de hæ-
resib. ad Qd
uult Deū. c.
26. to. 6. ib.
19. c. 6. Fau-
c. 3. & d. uti
lit. c. edeō
rum. c. 3.

Est epist. 78.
pari an. me.
& epist. 80. a
me. to. 2.

ET CIRCA hoc quærentur quatuor.
 ¶ Primò, Vtrum lex noua sit alia lex a lege ueteri.
 ¶ Secundò, Vtrum lex noua impleatur ueterem.
 ¶ Tertiò, Vtrum lex noua contineatur in ueteri.
 ¶ Quarto, Quæ sit grauior, utrù lex noua, uel uetus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex noua sit alia a lege ueteri.

Su. q. 11. ar. 5. & Gal. 3. lect. 2.

c. 17. in ter prim. cap. & me 10. 6.

li. 4. c. 2. to. 6.

q. 90. ar. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd lex noua non sit alia a lege ueteri. Vtraque enim lex datur fidem Dei habētibus: quia sine fide est impossibile placere Deo, ut dicitur Hebr. 11. sed eadem fides est antiquorum, & modernorum, ut dicitur in gl. Matth. 21. ergo etiam est eadem lex.

¶ 2. Præterea Aug. dicit in lib. contra Adamantium Manichæi discipulum, quòd breuis differentia legis & Euangelij est Timor & Amor: sed secundum hæc duo noua lex & uetus diuersificari non possunt, quæ etiam in ueteri lege proponuntur præcepta charitatis, Leui. 19. Diliges proximum tuum. & Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum. Similiter etiam diuersificari non possunt per aliam differentiam, quam Aug. assignat contra Faustum, quòd uetus testamentum habuit promissa temporalia, nouum testamentum habet promissa spiritualia & æterna: quia etiã in nouo testamento promittuntur aliqua promissa temporalia, secundum illud Marc. 10. Accipiet centies tantum in tempore hoc domos, & fratres &c. Et in ueteri testamento sperabantur promissa spiritualia & æterna, secundum illud ad Heb. 11. Nunc autem meliorem patriam appetunt, id est, celestem: quod dicitur de antiquis patribus. ergo uidetur quòd noua lex non sit alia a ueteri.

¶ 3. Præterea Apostolus uidetur distinguere utranque legem ad Rom. 3. ueterem legem appellans legem factorum, legem uerò nouam appellans legem fidei; sed lex uetus fuit etiam fidei, secundum illud Hebr. 11. Omnes testimonio fidei probati sunt, quod dicitur de Patribus ueteris testamenti. Similiter etiam lex noua est lex factorum. dicitur enim Matth. 5. Benefacite his qui oderunt uos. & Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. ergo lex noua non est alia a lege ueteri.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hebr. 7. Translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat; sed aliud est sacerdotiũ noui & ueteris testamenti, ut ibidem Apostolus probat. ergo est etiã alia lex.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, omnis lex ordinat conuersationem humanam in ordine ad aliquem finem. Ea autem quæ ordinantur ad finem secundum rationem finis, dupliciter diuersificari possunt. Vno modo, quia ordinantur ad diuersos fines: & hæc est diuersitas speciei, maxime si sit finis proximus. Alio modo, secundum propinquitatem ad finem, uel distantiam ab ipso, sicut patet quod motus differunt specie secundum quod ordinantur ad diuersos terminos; secundum uerò quod una pars motus est propinquior termino quàm alia, attenditur differentia in motu secundum perfectum & imperfectum. Sic ergo duæ leges distingui possunt dupliciter. Vno modo, quasi omnino diuersæ, ut prope ordinatæ ad diuersos fines; sicut lex ciuitatis, quæ esset ordinata ad hoc, quòd populus dominaretur, esset specie differens ab illa lege, quæ esset ad hoc ordinata, quod optimates ciuitatis dominarentur. Alio modo, duæ leges distingui possunt, secundum quod una propinquius ordinat ad finem, alia uerò remotius, pu-

Fta, in una & eadem ciuitate dicitur alia lex, quæ uiris perfectis, qui statim possunt exequi ea continent ad bonum cõe, & alia lex datur de puerorum, qui sunt instruendi qualiter opera uirorum exequantur. Dicendum est ergo secundum primum modum lex noua non esse ueteri, quia utriusque est unus finis. utroque iudicant Deo. Est autem unus Deus & non duo, testis, secundum illud Ro. 3. Vnus Deus est qui creat circuncisionem ex fide, & præputium perit. Alio modo lex noua est alia a ueteri, quia lex noua quali pædagogus puerorum, ut Apo. dicit ad Gal. aut noua est lex perfectiõis, quæ est lex charitatis. Apost. dicit ad Col. 3. quod est uinculum perfectiõis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd utriusque testis attestatur unitati finis. Dicitur enim supra, quòd obiectum theologiarum utriusque inter quas est fides, est finis ultimus. sed tantum habet alium statum in ueteri, & in noua legem illi credebant futurum, nos credimus factum.

AD SECUNDVM dicendum, quòd omnes deusque quæ assignantur inter nouam legem & ueterem accipiuntur secundum perfectum & imperium. Præcepta. n. legis cuiuslibet dantur de adibus tantum, ad operanda autem uirtutum opera aliter nantur imperfecti, qui nondum habent uirtutum habitum, & aliter illi qui sunt per habitum uirtutum.

Hfecti. Illi autem qui nondum habent habitum uirtutum, inclinantur ad agendum uirtutis opera ut causa extrinseca, puta, ex comminatione peccati uel ex promissione aliquarum extrinsecarum merationum, puta, honoris, uel diuitiarum, & c. ius huiusmodi, & ideo lex uetus quæ dabatur perfectis, id est, nondum consecutis gratiam, si dicebatur lex timoris, in quantum induceret seruantiam præceptorum per comminationem punitionum, & dicitur habere temporariam promissam. Illi autem qui habent uirtutum naturam ad uirtutis opera agenda propter amorem, non propter aliquam penam, aut reuerentiam extrinsecam. & ideo lex noua, cuius pars consistit in ipsa spirituali gratia indita, dicitur lex amoris & dicitur habere promissam & æterna, quæ sunt obiecta uirtutum, & ita per se in ea inclinatur non in extranea, sed quasi in propria. Et proprie lex uetus dicitur cohibere manum, & c. tum, quia qui timore peccati ab aliquo peccato nec, non simpliciter eius uoluntas a peccato sicut recedit uoluntas eius, qui amore iustitiae nec a peccato. & propter hoc lex noua, quæ amoris, dicitur animam cohibere. Fuerunt autem qui in statu ueteris testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus sancti, qui principaliter ordinantur ad promissiones spirituales & æternas, & hoc pertinebant ad legem nouam.

K Similiter in nouo testamento sunt aliqui carnales, qui pertingentes ad perfectionem nouæ legis, non portunt etiam in nouo testamento inducere temporalia promissa. Lex autem uetus etiam per temporalia promissa, & per amorem, & per amorem daret, non tamen per eam dabatur Spiritus sanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus, ut dicitur Ro. 5.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut dictum est, Lex noua dicitur lex fidei, quia eius principalitas consistit in ipsa gratia, quæ tertius datur credentibus, unde dicitur ad Gal. 3. fidei. Habent autem secundario etiam

Et a moralia & sacramentalia: sed in his non confitit principalitas legis nouae, sicut principalitas ueteris legis in eis consistebat. Illi autem qui in ueteri testamento Deo fuerunt accepti per fidem, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant: non enim iustificabantur nisi per fidem Christi, q est actor noui testamenti, unde & de Moyse dicit apostolus ad Hebr. ii. quod maiores diuitias aestimabat thesauro Aegyptiorum, improprium Christi.

ARTICVLVS II.

Utrum lex noua legem ueterem impleat.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod lex noua legem ueterem non impleat. Impletio enim contrariatur euacuationi, sed lex noua euacuat, uel excludit obseruantias legis ueteris: dicitur enim apostolus ad Gal. 3. Si circūcidimini, Christus nihil uobis proderit, ergo lex noua non est impletiva ueteris legis.

¶ 3. Praet. Contrarium non est impletium sui contrarii: sed dñs in lege noua proposuit quaedam praecipua cōtraria praecipis ueteris legis. dicitur enim Matt. 5. Audistis quia dictum est antiquis, Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii: ego autē dico uobis, Quicumque dimiserit uxorem suam, faciet eam machari: & idē consequenter patet in prohibitione iuramenti: & etiam in prohibitione talionis, & in odio inimicorum. Similiter etiam uidetur Dominus exclusisse praecipua ueteris legis de discretione ciborum, Matth. 15. dicens: Non quod intrat in os coquinat hominem, ergo lex noua non est impletiva ueteris.

¶ 3. Praet. Quicumque contra legem agit, non implet legem, sed Christus in aliquibus contra legem fecit, reitigit enim leprosum, ut dicitur Matth. 8. quod erat contra legem. Similiter etiā uidetur sabbatum pluries uiolasse, nisi deo dicebatur Iudaei Io. 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. ergo Christus non impleuit legē, & ita lex noua data a Christo nō est ueteris impletiva.

¶ 4. Praet. In ueteri lege continebantur praecipua moralia, ceremonialia, & iudicialia, ut supra dictum est: sed Dominus Matt. 5. ubi quantum ad aliqua legem impleuit, nullam mentionem uidetur facere de iudicialibus, & ceremonialibus, ergo uidetur quod lex noua non sit totaliter ueteris impletiva.

SED CONTRA est, quod dñs dicit Mat. 5. Nō ueni soluere legē, sed adimplere. & postea subdit. Iota unū, aut unus apex nō preteribit a lege, donec omnia fiat.

RESPON. Dicendum, q sicut supra dictum est, lex noua cōparatur ad ueterē, sicut perfectum ad imperfectum. Omne autem perfectū adimplet id, qd imperfecto deest, & sic hoc lex noua adimplet ueterē legem, in quantum supplet illud, quod ueteri legi deerat. In ueteri autem lege duo possunt considerari. scilicet finis, & praecipua contenta in lege. Finis uerō cuiuslibet legis est, ut homines efficiantur iusti & uirtuosi, ut supra dictum est; unde & finis ueteris legis erat iustificatio hominum, quam quidē lex efficere non poterat, sed figurabat quibusdā ceremonialibus factis & promittebat uerbis, & quantum ad hoc lex noua implet ueterem legem iustificando per uirtutem passionis Christi. & hoc est qd apostolus dicit ad Ro. 9. Quod impossibile erat legi, Deus filiū suū mittens in similitudinem carnis peccati, damnauit peccatū in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Et quantum ad hoc, lex noua exhibet, qd lex uetus promitte-

bat, secundum illud 2. ad Cor. 1. Quotquot promissiones Dei sunt, in illo est, i. in Christo. Et iterū quantum ad hoc complet etiam quod uetus lex figurabat, unde ad Col. 2. dicitur de ceremonialibus, quod erant umbra futurorum: corpus autem Christi, i. ueritas, pertinet ad Christum: unde lex noua dicitur lex ueritatis, lex autem uetus umbra, uel figura. Praecipua uerō ueteris legis adimpleuit Christus & opere, & doctrina: opere quidem, quia circūcidi uoluit, & alia legalia obseruare, quae erant tempore illo obseruanda, secundum illud Gal. 4. Factum sub lege. Sua autem doctrina adimpleuit praecipua legis tripliciter.

Primō quidem, uerum intellectum legis exprimentes, sicut patet in homicidio & adulterio, in quorū prohibitione Scribae & Pharisei non intelligebant nisi exteriorem actum prohibitum; unde Dominus legē adimpleuit, ostendendo et interiores actus peccatorum cadere sub prohibitione. Secundo, adimpleuit Dominus praecipua legis, ordinando quō tutius obseruaretur quod lex uetus statuerat, sicut lex uetus statuerat, ut homo non periuraret: & hoc tutius obseruatur, si omnino iuramento absteat, nisi in causa necessitatis. Tertiō, adimpleuit Dominus praecipua legis, superaddendo quaedam perfectionis cōsilia, ut patet Matth. 19. ubi dicenti se obseruasse praecipua ueteris legis, dicit: Vnum tibi deest. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quae habes &c.

AD PRIMUM ergo dicendum, q lex noua non euacuat obseruantiam ueteris legis, nisi quantum ad ceremonialia, ut supra dictum est: haec autem erant in figuram futuri. Vnde ex hoc ipso quod ceremonialia praecipua sunt impleta perfectis his quae figurabantur, non sunt ulterius obseruanda: quia si obseruarentur, adhuc significaretur aliquid ut futuri, & non impletum; sicut et promissio futuri doni locum iam non habet promissione iam impleta per doni exhibitionem, & per hunc modum ceremonialia legis tolluntur, cum implentur.

AD SECUNDVM dicendum, q sicut Aug. dicit contra Faustum, Praecipua illa Domini non sunt cōtraria praecipis ueteris legis. Quod n. Dominus praecipit de uxore dimittenda, non est contrarium ei qd lex praecipit. neque n. ait lex: Qui uoluerit, dimittat uxorem, cui esset contrarium nō dimittere: sed utiq; nolebat dimitti uxorē a uiro, qui hanc interposuit moram, ut in dissidium animus praecipis libelli conscriptione refractus absteret, unde Dominus ad hoc confirmandum, ut non facile uxor dimittatur, solā cām fornicationis excepit. Et idem etiam dicendum est in prohibitione iuramenti, sicut dictum est: & idē et patet in prohibitione talionis. Taxauit enim modū uindictae lex, ut non procederetur ad immoderatā uindictā, a qua Dominus perfectus remouit eum, quem monuit omnino a uindicta abstinere. Circa odium uerō inimicorū remouit falsum Phariseorū intellectum, nos monens, ut persona odio non haberetur, sed culpa. Circa discretionem uerō ciborum, quae ceremonialis erat, Dominus non mandauit ut tunc non obseruarentur: sed ostendit q nulli cibi secundum suam naturam erant immundi, sed solum secundum figuram, ut supra dictum est.

AD TERTIVM dicendum, q tactus leprosi erat prohibitus in ueteri lege, quia ex hoc incurrebat homo quantum ad irregularitatis immunditiā, sicut & ex tactu mortui, ut supra dictum est: sed dñs qui erat mūdator leprosi, immunditiam incurere non poterat. Perea autem, quae fecit in sabbatho, sabbathū non soluit secundum rei ueritatem, sicut ipse Matth. in Euāgelio, ostēdit, tū quia operabatur miracula uirtute diuina,

Prima Secunda S. Thomae. H. H. 2. quae

q. 103. ar. 3. & 4.

Li. 19. c. 16. 18. & 26. ro. 6.

In fine cor. artic.

q. 102. ar. 6. ad 1.

q. 102. ar. 5.

quae semper operatur in rebus, tñ quia salutis huma-
nae opera faciebat, cum Pharisei etiam salutis anima-
lium in die sabbathi prouiderent: tum etiam quia ra-
tione necessitatis discipulos excusauit in sabbatho
spicas colligentes. Sed uidebatur soluere secundum
superstitiosum intellectum Phariseorum, qui cre-
debant etiã a salubribus operibus esse in die sabbathi
abstinendum, quod erat contra intentionem legis.

AD QVARTVM dicendum, quod caeremonialia
praecepta legis non commemorantur Matth. 5. quia
eorum obseruantia totaliter excluditur per imple-
tionem, ut dictum est. De iudicialibus uero praecep-
tis commemorauit praeceptum talionis, ut quod
de hoc diceretur, de omnibus aliis esset intelligen-
dum; in quo quidem precepto docuit legis inten-
tionem non esse ad hoc, q̄ poena talionis quaereret
propter liuorem uindictae, quem ipse excludit mo-
nens, q̄ homo debet esse paratus etiam maiores ini-
urias lufferre, sed solum propter amorem iustitiae,
quod adhuc in noua lege remanet.

ARTICVLVS IIII.

Utrum lex noua in lege ueteri contineatur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod lex
noua in lege ueteri non contineatur. Lex n. no-
ua praecipit in fide consistit, unde dicitur lex fidei,
ut patet Rom. 4. sed multa credenda traduntur in no-
ua lege, quae in ueteri lege non continentur. ergo lex
noua non continetur in ueteri.

¶ 2. Præ. Quaedam * glos. dicit Matth. 5. super illud,
Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, quod
mandata legis sunt minora, in Euangelio uero sunt
mandata maiora: maius autem non potest contineri
in minori. ergo lex noua non continetur in ueteri.

¶ 3. Præ. Quod continetur in altero, simul habetur
habito illo. si igitur lex noua contineret in ueteri, se-
queretur quod habita ueteri lege, habeatur & noua.
superfluum igitur fuit habita ueteri lege iterum dari
nouam. non ergo noua lex continetur in ueteri.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 1. Rota er-
rat in rota, id est, nouum testamentum in ueteri, ut
Greg. exponit. *

RESPON. Dicendum, q̄ aliquid continetur in alio
dupliciter. Vno modo in actu, sicut locatū in loco:
alio modo uirtute, sicut effectus in causa, uel cõple-
mentum in completo: sicut genus continet spēs po-
testate, & sicut tota arbor continetur in semine, & per
hunc modum noua lex continetur in ueteri. Dictū
est n. * quod noua lex comparatur ad ueterem, sicut
perfectum ad imperfectum. Vnde Chrysost. exponens
illud quod habetur Marci 4. Vltro terra fructi-
ficat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum
frumentum in spica, sic dicit. Primo herbam fructi-
ficat in lege naturae, postmodū spicas in lege Moysi,
postea plenum frumentum in Euangelio. Sic igitur
est lex noua in ueteri, sicut fructus in spica.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod omnia quae
credenda traduntur in nouo testamento explicite &
aperte, traduntur credenda in ueteri testamento, sed
implicitè sub figura: & secundum hoc etiam quantū
ad credenda, lex noua continetur in ueteri.

AD II. dicendum, q̄ precepta nouae legis dicuntur
esse maiora, q̄ precepta ueteris legis, quantum ad ex-
plicitam manifestationem: sed quantum ad ipsam sub-
stantiam preceptorum noui testamenti, omnia con-
tinentur in ueteri testamento. unde Aug. dicit cõtra
Faustum, * q̄ pene omnia quae monuit, uel precepti

Ad 1. arg. &
cor. ar.

Gal. 1. Je. 2.

Chrif. Hom.
io. in Matr.
in imperfe-
cio ope de
clinando ad
fi. to 2.

He. 6. i. Fze.
ch. parum a
medio.

Ar. 1. in cor.
& ad 2.

Li. 19. c. 28.
in pri & c.
23. simul to.

Dominus, ubi adiugebat, Ego autem dico uos
ueniuntur etiam in illis ueteribus libris. Sed
intelligebant homicidium, nisi peremptionem
potis humani, aperuit Dominus omnem
motum ad nocendum fratri, in homicidio
deputari: & quantum ad huiusmodi manifesta
praecepta nouae legis dicuntur maiora prae-
ceptis legis. Nihil tamen prohibet manus in
uirtute contineri, sicut arbor continetur in

AD TERTIVM Dicendum, quod illud quod
cite datum est, oportet explicari, & ideo post
legem latam, oportuit etiam nouam legem

ARTICVLVS IIII.

Utrum lex noua sit grauior quam uetus.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt, quod
sit grauior, quam lex uetus. Matth. 23. dicit
illud, Qui soluerit unum de mandatis his
dicit Chrysostomus * Mandata Moysi in ad-
lia sunt, ut, Non occides, Non adulterabis,
Christi autem scilicet, Non irascaris, Non con-
scas, in actu difficilia sunt. ergo lex noua est
quam uetus.

¶ 2. Præ. Facilius est terrena prosperitate
tribulationes perpetis, sed in ueteri testamen-
tationem ueteris legis conseq̄ebatur prosperi-
tatis, ut patet Deut. 28. Obseruatores autem
legis conseq̄uitur multiplex aduersitas, prout
ad Corin. 6. Exhibeamus nosmetipsos sicut
nistros in multa patientia, in tribulationibus
cessitibus, in angustiis & c. ergo lex noua est
quam lex uetus.

¶ 3. Præ. Quod se habet ex additione ad
tribulationes esse difficilius, sed lex noua se habet
ne ad ueterem. nam lex uetus prohibuit
lex noua et iuramentū, lex uetus prohibuit
uxoris sine libello repudii, lex autem noua
diffidium prohibuit, ut patet Matt. 5. secun-
positionem Aug. ergo lex noua est grauior,
uetus.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 23. Ve-
me omnes qui laboratis, & onerati estis, qui
nens Hilarius * dicit. Legis difficultatibus
tes, & peccatis saeculi oneratos ad se aduocant
modum de iugo Euangelii subdit. Iugum enim
suaue est, & onus meum leue. ergo lex noua est
quam uetus.

RESPON. Dicendum, q̄ circa opera uirtutum
quibus precepta legis dantur, duplex difficultas
tendi potest. Vna quidem ex parte exteriori
rum, quae ex seipsis quandam difficultatem
& grauitatem. & quantum ad hoc lex uetus
to grauior quam noua, quia ad plures actus
res obligabat lex uetus in multiplicibus caeremoniis
quam lex noua, quae praeter precepta legis
cissima superaddidit in doctrina Christi &
lorum: licet aliqua sint postmodum superaddita
institutione sanctorum patrum, in quibus
dicit esse moderationem attendendam, nec
tio fidelium onerosa reddatur. Dicit enim
sitiones Ianuarii de quibusdam, q̄ ipse iam
nostram, quam in manifestissimis, & pauca
lebrationum sacramentis Dei uoluit mitior
seliberam, seruilibus. premunt oneribus, ad
bilior sit conditio Iudaeorum, qui legalibus
tis, nō humanis praesumptionibus subiacent
autem difficultas est circa opera uirtutum

ribus actibus, puta, quod aliquis opus uirtutis exerceat prompte & delectabiliter, & circa hoc difficile est uirtus; hoc enim non habenti uirtutem est ualde difficile, sed per uirtutem redditur facile. Et quantum ad hoc, praecepta nouae legis sunt grauiora praecipis ueteris legis, quia in noua lege prohibentur interiores motus animi, qui expresse in ueteri lege non prohibebantur in omnibus, etsi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis poena non apponatur. hoc autem est difficillimum non habenti uirtutem, sicut etiam Philos. dicit in 5. Ethic. * quod operari ea quae iustus operatur, facile est: sed operari ea eo modo quo iustus operatur, s. delectabiliter & prope, est difficile non habenti iustitiam. Et sic est dfr 1. lo. 5. quod mandata eius grauiora non sunt, quod exponens Aug. dicit, * quod non sunt grauiora amanti, sed non amanti sunt grauiora.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritas illa loquitur expresse de difficultate nouae legis, quantum ad expressam prohibitionem interiori motui.

AD SECUNDUM dicendum, quod aduersitates quas patiuntur obseruatores nouae legis, non sunt ab ipsa lege impositae, sed tamen propter amorem, in quo ipsa lex consistit, faciliter tolerantur, quia sicut Au. dicit in li. de uerbis Domini, * omnia saeva & immania, & facilia, & prope nulla efficit amor.

AD TERTIUM dicendum, quod illae additiones ad praecipia ueteris legis, ad hoc ordinantur, ut facilius impleat, quod uetus lex mandabat, sicut Aug. dicit: & ideo per hoc non ostenditur, quod noua lex sit grauior, sed magis quod sit facilior.

QVAESTIO CVIII.

De his quae continentur in lege noua, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quae continentur in lege noua.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum lex noua debeat aliqua opera exteriora praecipere, uel prohibere.

Secundo, Vtrum sufficienter se habeat in exterioribus actibus praecipendis, uel prohibendis.

Tertio, Vtrum conuenienter instituat homines quantum ad actus interiores.

Quarto, Vtrum conuenienter superaddat consilia praecipis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex noua aliquos exteriores actus debeat praecipere, uel prohibere.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex noua nullos exteriores actus debeat praecipere, uel prohibere. Lex enim noua est Euangelium regni, secundum illud Matthaei uigesimo quarto. Praedicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbis: sed solum in interioribus actibus, sed solum in interioribus, secundum illud Luc. 17. Regnum Dei intra uos est. & Roma. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. ergo lex noua non debet praecipere, uel prohibere aliquos exteriores actus.

Preterea. Lex noua est lex Spiritus, ut dicitur Ro. 8. sed ubi Spiritus Domini, ibi libertas, ut dicitur 2. ad Corinth. 3. Non est autem libertas, ubi homo obli-

gatur ad aliqua opera exteriora facienda, uel uitanda. ergo lex noua non continet aliqua praecipia, uel prohibitiones exteriorum actuum.

¶ 3. Praet. Omnes exteriores actus pertinere intelliguntur ad manum, sicut interiores actus pertinent ad animum; sed haec ponitur differentia inter nouam legem & ueterem, quod uetus lex cohibet manum, sed lex noua cohibet animum. ergo in lege noua non debent poni prohibitiones, & praecipia exteriorum actuum, sed solum interiorum.

SED CONTRA est, quod per legem nouam efficiuntur homines filii lucis. unde dicitur Ioan. 12. Credite in lucem, ut filii lucis sitis, sed filios lucis decet opera lucis facere, & opera tenebrarum abicere, secundum illud Ephes. 5. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulatis. ergo lex noua quaedam exteriora opera debuit prohibere, & quaedam praecipere.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Principalitas legis nouae, est gratia Spiritus sancti, quae manifestatur in fide per dilectionem operante. hanc autem gratiam consequuntur homines per Dei filium hominem factum, cuius humanitate primò repleuit gratia, & ex inde est ad nos deriuata. unde dicitur Io. 1. Verbum caro factum est. & postea subditur: Plenum gratiae & ueritatis. & infra: De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. unde subditur quod, Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Et ideo conuenit, ut per aliqua exteriora sensibilia gratia a Verbo incarnato profluens, in nos deducatur: & ex gratia interiori, per quam caro spiritui subditur, exteriora quaedam opera sensibilia producantur. Sicutigitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Vno modo sicut inducentia aequaliter ad gratiam: & talia sunt opera sacramentorum, quae in noua lege sunt instituta, sicut baptismus, Eucharistia, & alia huiusmodi. Alia uero sunt opera exteriora, quae ex instinctu gratiae producuntur: & in his est quaedam differentia attendenda. Quaedam enim habent necessariam conuenientiam, uel contrarietatem ad interiorem gratiam, quae in fide per dilectionem operante consistit: & huiusmodi exteriora opera sunt praecipia, uel prohibita in lege noua, sicut praecipia est confessio fidei, & prohibita negatio; dicitur enim Matth. decimo. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Alia uero sunt opera, quae non habent necessariam contrarietatem, uel conuenientiam ad fidem per dilectionem operantem: & talia opera non sunt in noua lege praecipia, uel prohibita ex ipsa prima legis institutione, sed relicta sunt a legislatore, scilicet Christo, unicuique secundum quod aliquis alicuius curam gerere debet; & sic unicuique liberum est circa talia determinare quid sibi expediat facere, uel uitare; & cuiusque praesidenti circa talia ordinare suis subditis, quid sit in talibus faciendum, uel uitandum.

Vnde etiam quantum ad hoc, dicitur lex Euangelii, lex libertatis: nam lex uetus multa determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinanda.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod regnum Dei in interioribus actibus consistit principaliter, sed ex consequenti etiam ad regnum Dei pertinent omnia illa, sine quibus interiores actus esse non possunt. Sicut si regnum Dei est interior iustitia, & pax, & gaudium spirituale, necesse est quod omnes exteriores actus

Prima, Secunda S. Thomae. HH. 3 actus